

DISSERTATIO GRADUALIS
 De
EMOLUMENTO
^{Ex}
ITINERE
 PER PROVINCIAS PATRIÆ INSTITUTO.
 Cujus
 PARTEM PRIOREM

*Ex consensu Amplissime Facultatis Philosophice
 in Regia Academia Aboënsi,*

PRÆSIDE

Viro Maxime Reverendo atque Celeberrimo,

**DN. JOHANNE
 BROWALLIO,**

*SS. Theol. Doct. & Scient. Natur. Prof. Reg. & Ord.
 Publico examini subjicit,*

STIPENDIARIUS REGIUS

PETRUS C. BONSDORFF
Wiburgensis.

Die IX. Junii MDCCXLIV.
 Loco horisqve convetis.

ABOE, Excid. Joh. Kiæmpe, R. Acad. Typogr.

DISSTRAK GRADUATI

ОТИЗМИЮН

СЯЯНИСА

отъстъкъ земли землии 229

изъзъмънътъ

изъзъмънъ земли землии
изъзъмънъ земли землии

229

БИЛНОІ

ОГРУВЬЯ

отъстъкъ земли землии 229

изъзъмънъ земли землии

изъзъмънъ земли землии

229

изъзъмънъ земли землии

изъзъмънъ земли землии 229

Dno PAULO HEINTZIO,

Legionis Eqvestris Adjutanti maxime strenuo, Avunculo omni pietatis cultu & statem prosequendo.

Viro Plurimum Reverendo atque Clarissimo,

Dno MICHAELI HEINTZIO,

Pastori in Sygma & Hardola meritissimo, Fautori avunculi loco perpetim colendo.

Viro Plurimum Reverendo atque clarissimo,

Dno ZACHARIE CYGNÆO,

Pastori in Mendubarsu dexterissimo, Fautori & Coniobrine plurimum honorando.

Viro Plurimum Reverendo atque Clarissimo,

Dno PETRO HEINTZIO,

Pastori in Gafivitaipal laudatissimo, Fautori & Evergetæ, avunculi loco jugiter iuspiciendo.

D. D. D.


AUCTOR:

FESTALIO.

Quam temporis. quo Musis operam non
vare levit, Philosophia theoretica & pra-
etica communiter ita appellatae, max-
imam partem impenderim, specimen publicum an-
te quosdam annos meditatus, in aliquo argumen-
to, quod illuc spectaret, vires ingenii exercere con-
sulsi; verum longiori interventione mora, poste
quam interea animum ad Historiam naturalium
appulisse, summa ejus jucunditate & utilitate,
immo & necessitate pernoctus, potius hanc scelio-
gendarum duxi tractationem, qua jam in conspeo
etum tuum E. L. prodire sustinet. Fateor quia
dein libens, illam tanta cum accusatione non
esse elaboratam, quantam argumenti requirunt
dignitas & præstantia; sed insinul impensis
contendo, velis B. L. eam mitiori perstringere
censura, juvemque hos conatus in meliorem
interpretari partem. Cum autem ratio & tem-
poris & facultatum non permittat, ut integra
hac qualisunque prodeat opera, non possumus non,
quam in tractatione hac ingressi fuerimus viam,
leviter indicare, summaque ejusdem recensere cap-
ita. Omnia scilicet primo, a fine societatis
1654

humane universa, & in specie civilis, deduximus
necessitatem pernoscendi statum patriæ; illud vero
satis commode fieri non posse, nisi inserviantur ita
itinera utrius evicimus. Quia ratione postquam
panimus viam ad institutum, quid itinera
hec in genere conferre possint ad florem reipublicæ,
examina vimus; qui finis si obiineri debeat, intus
en cœsusvis à sciplina, quid observandum sit, insua
per ostendimus, perlustrantes potiores eruditio[n]is
partes & objecta, in quibus per itinera hac in-
dustriam suam exercere debet sedulus obſervator;
ut pote Historiam naturalem in genere, Miner-
alogiam, Botanicam, Zoologiam, Physicam specia-
lem, que tradit phænomena regnorū natura, &
elementorum vulgarium, eorumque causas, Theor-
iam telluris in sensu strictiori sumtam, Medicis-
am & Diateticen, Astronomiam, Geographi-
am & Topographiam, Homines eorumque mo-
res, vestimentorum genera &c. Antiquitates, &
sædem Oeconomiam, in qua attendimus primo
ad agriculturam, sub qua comprehendimus etiam
silvarum & pratorum culturam, deinde ad pecu-
ariam, versatoriam rem & pectoriam, hinc ad
Metallurgiam & commercia, tum manufac-
torias ac opifcia, & ultima Oeconomiam publicam.
Sed

Sed cum perinde non sit, quicunque itinera dicitur, et
piat, etiam recensuimus requisita, quibus instru-
ctus sit oportet peregrinator noster, si finem conse-
qui velit sibi propositum. Claudunt denique tracta-
tionem quedam prudentia regula in itinere obser-
vanda. Quamvis vero hanc quam loquor Dis-
sertationis nostra methodum & tractandi rationem
ob angustiam chartae, in arcta nimis spatia cogere
necessè fuerit; tamen aliquali ratione Tibi consta-
re poterit E. L. quinam sit partium opelle hujus
ordo & series. Quod si posthac natus providentia
commoda accesserit occasio, videbunt quoque lu-
cem, que nunc omittere finitas coacti.



§. I.

Si coordinationem, quam sapientissimus creator instituit rerum, hoc in universo nostro ob viarum consideraverimus, statum præterea & conditionem ipsius generis humani per penderimus, varietatem denique ingeniorum & singulorum hominum indolem; neutiquam difficile erit judicatu, naturali quasi vinculo & obligatione hominibus injunctum esse, ut commodum promoveant mutuum, & unusquisque pro rata atque dotibus a natura concessis ad totius generis felicitatem gnaviter symbolam conferat; Hoc igitur intuitu genus humanum magnam refert domum & familiam, cui a benignissimo creatore terra tradita est excolenda; ubi quisque pro indolis & dotum naturæ ratione ac modulo industriam exercet in illa gleba seu

A

ter-

terre particula, quæ sibi inhabitanda nutu prouidentiæ obtigit. Cum vero in societatem insuper coëunt homines civilem, nova accedit, specialis & arctior adhuc obligatio erga rem publicam & cives pro statu, conditione, munere vitaq; genere. Hoc igitur fundamento nuntur iusta vota bonorum civium, qui ut patria recta administratione eorum, quæ vel natura vel fortuna nobis tribuit, in florentem statum perducatur, vehementer optant. Ad desideratissimum vero hunc finem obtainendum, maximi sunt momenti bonæ leges & salutaria instituta, quæ ut sapientia Principis conduntur, ita ejusdem cura atq; providentia vigent ac florent, accedente ministrorum & civium fide ac industria. Multum certe præterea proficeremus, si singuli civium, vel quod per naturam poterint, discerent, vel quod didicerunt strenue opus aut artem, modo communii felicitati convenientissimo, exercearent. Pertinet hoc specialiter scientiarum cultura, imprimis vero earundem applicatio; quælibet cunq; scientia quo magis ad florem reipublicæ contulerit, eo quoq; majori gaudet pretio. Sed nobis hic non animus est recensere omnia ad-

2

adminicula atqve subsidia felicitatis & floris patriæ; addimus tantum, multum illuc etiam conferre peregrinationes rite institutas, qvibus vide-licet multiplex adqviritur notitia, rerum ulus a qve experientia, cuius sapienti applicatione ad œconomiam & alia patriæ negotia finis peregrinationum genuinus obtinetur; adeoqve cum deum exdem uriles evadunt, cum domeslicum inde promanaverit commodum.

§. II.

Sed sponte patet, nihil nos proficere, nec qvidquam boni atqve emolumenti sperari posse, nisi patriam ejusque statum probe pernoverimus. Fundamenti cuius quasi loco hæc ipsa cognitio substerni debet, ut reliqvis artibus qvæ ad florem reipublicæ conducunt, ita imprimis œconomiae; qvæ alioquin & fundamento & adminiculis spoliata, nutrat ac collabescit. Neqve enim magistratus œconomiam patriæ re-ete administrare, nedum perficere poterit, nisi optime sibi perspectum habuerit ejusdem statum, conditionem, abundantiam, indigentiam, opportunitates, commoda, incommoda &c. neqve privatis ausibus qvicquam cum successu in-

4
stituitur, nisi probe cognito domestico naturæ pen-
nu, soli ratione similibusque, qvatenus nego-
tium ipsum spectant. In cognoscenda proinde
patria novimus omnes nationes, qvarum artibus
pacis & rite administrata re œconomica vigeret
respublica, maximam possuisse operam; cuius
exemplum nobis præbent imprimis Angli lacu-
lentissimum, qui jugeratim terras suas cognitas
& descriptas habent, non qvoad externum
tantum corticem sed etiam qvoad viscera. Mul-
ta qvoqve aliæ regiones felicem hoc in puncto
incolarum diligentiam expertæ sunt, qvod vel
ex solis, qvx publicam lucem viderunt, scriptis
pater; qvorumqve haud exiguum catalogum
exhibuit Scheuchzerus in *Bibliotheca scriptorum*
Historie naturali omniam terræ regionum inser-
vientium. Neqve defunt, qui idem in patria
præstare adgressi sunt; qvos inter Urbanus Hær-
ne vir incomparabilis, instituto commercio litera-
rum eundem finem egregie promotum ivit. Qva
quidem eadem via, ut haud contemnendos alio-
rum labores præteream, in actis Reg. Societatis,
ut & Regiæ Academiæ Scientiarum multa huc
facientia prodierunt,

S. III.

§. III.

Ast cum pauci reperiantur, qui ea possent sagacitate, ut omnia necessaria rite observare possint, plurimi præterea ne conceptus quidem suos communicare scripto queant; multi quoque quæ sciunt varias ob causas prodere nolint; magnum denique, ut alia incommoda raceam, si sola hac uteremur via, a fabulis & erroribus periculum esset; h. ad difficulter patet etiam alia ratione opus adgrediendum esse, si pro negotii necessitate proficere voluerimus. Sapienti proinde consilio a doctis observatoribus itinera per provincias patriæ instituta sunt; quippe quibus debetur potissimum, quod huc usque praestitum, nec sine illis patria unquam recte cognosci & describi poterit. Hujusmodi itinera ratione propositi sunt vel universalia vel particularia; hæc ob fines particulares suscepta sunt privatis subinde consilii, imprimis vero cura & auctoritate Regis regnique Collegiorum; e. g. ad quærendas varias Fabricas instituendi opportunitates, ad indagandum varia naturalia, ut nitrum, mineralia, metallia, materiam medicam &c; ra ad perlustrandum silvas, Geographi-

am

am perficiendam, astronomicas præterea ecco-
nomicas &c. observationes instituendas, antiqui-
tates investigandas &c. Huc pertinet quoque
Celeberrimi Linnai iter per Oelandiam & Gotlan-
diam jussu ordinum Regni nuper institutum, ut
stores tintoribus interveneret anqvireret. Nec
non pulcherrimum ordinum Regni institutum,
cujus ex tenore in Svecia & Fennia delineatae sunt
opportunitates formandi aquæ ductus, quorum
beneficio naves operariæ ex intimis provincia-
rum ad emporia maritima agi possint. Qua-
simul occasione missi sunt, qui œconomiam il-
iarum provinciarum, merces venales, & mi-
neralia locorum adjacentium explorarent ac de-
tegerent. Universalia autem voco itinera, quæ
universales propositos habent fines, & nihil
observatu dignum prætermittere conantur. Cu-
jus generis fuit cel. Olai Rudbeckii Filii iter
Lapponicum, unde nobis restat unicus Lappo-
niæ illustratæ Tomus. Idem iter ingressus an-
no 1732. Cel. Linnaeus Dioscorides noster, sumti-
bus Regiæ Societatis Scientiarum Upsaliensis feli-
citer Lapponiam, Finmarkiam, Botniam occiden-
talem & orientalem peragravit. Idem indefessus ob-
ser.

servator anno deinde 1734, Dalekarliam utramq; impensis illustrissimi Baronis & Gubernatoris ejusdem tum temporis provinciaz Dni Nicolai Reuterholm perlustravit. Dolemus tantum ambo hæc itinera adhuc in Manuscripto latere. Se-
quentibus vero annis 1735. & 1736. eadem pro-
vincia Dalekarliæ ulterius, ejusdem magni viri auspiciis & sumtibus, pervestigata & descripta est; adeo ut favente DEO luculentam ejusdem de-
scriptionem aliquando sperare possumus: qvæ non minus quam reliqua præclara in reipublicam merita Reuterholmianum nomen posteritati red-
dent celeberrimum.

§. IV.

DE hujusmodi Itineribus seu ut ipse loquitur peregrinationum intra patriam instituenda-
rum necessitate fructuqve exinde Medicis impri-
mis percipiendo eleganter egit Cel. Linnæus in
oratione inaugurali Upsaliæ Anno 1741 habita.
Nostrum autem erit, qvantum hæc ipsa qvæ lo-
quimur itinera recte instituta ad florem reipublicæ
conferre possint, pro modulo ingenii breviter
explicare.

§. V.

Peregrinus omnino in patria est, qui ignora-
rat ab una parte multa ibidem latere inven-
ta, multas naturæ prærogativas, quæ detectæ
& cognitæ in publicos vel privatos usus adhi-
beri possunt; ab altera vero defectus multos es-
se & vitia Oeconomica quæ suppleri, corrigi
atque sublevari debent. Neque enim unusquis.
que observationibus instituendis aptus est, neque
omnia inventa & detecta in erudita diaria re-
lata publico nota redundantur; sed plurima penes
homines vel obscuros ut artifices, colonos &c.
vel elevationis sortis, quæ in re sua domestica,
praxi Oeconomica proprieve alio negotio ac
labore vel casu vel industria invenerunt, aut
latent defectu facultatis communicandi, aut stu-
dio reticentur, nec nisi sagacitate provincias
peragrantis expiscari demum atque in lucem
protrahi queunt: immo non dubitamus illam co-
gnitionem, quæ adhuc sparsa est inter quosvis
cives, collectam atque rite applicatam, ad sci-
entias, artes, & oeconomiam perficiendam plu-
rimum facere posse. Sic exempli gratia plu-
rima medicamina innoverent usu vulgi atque
im

empiria: usus naturalium Oeconomicus & artificialis eodem ut plurimum pacto detectus est: artium praxi quoque Scientiarum incrementa maxima debent &c. Qvod vero defectus attinet ac incommoda, & illa prudenti pervestigatione patriæ detecti possunt optime, quaque ratione ipsis succurrentum sit inveniri. Talia sunt caritas annonæ, morbi endemii, vitia plurima Oeconomiae &c. Exscrutit se proinde utilitas itinerum hujusmodi 1:o ad promotionem Scientiarum 2:o ad illustrationem patriæ 3:o ad perfectionem oeconomiae; quæ in sequentibus speciatim, per partes eruditionis plurimas eundo, exemplis demonstrare atque illustrare conabimur.

§ VI.

Cum in nostra positum non sit potestate aliquid novi creare, nihil aliud restat, quam ut naturæ penu nobis tradito rite utamur. Catalogus autem naturalium, quæ patria fert tellus, est quasi inventarium seu repertorium hujus penu. Ad colligendum vero tales catalogum, maxime conducunt quæ loquimur itinera; eoque ipso ad perficiendam ipsam naturaliem Historiam magni sunt momenta. Simul e-

nim s^epius novae species, immo & nova genera naturalium, qvæ scilicet hactenus non innotuerunt, investigantur; cognitorum vero loci natiales, variationes aliaqve seita digna diligenter deteguntur: immo quoqve crux naturam indagatione & inspectione characteres generic & specifici &c. genuini tandem inveniuntur, Systematis naturalis fundamenta ponuntur, aliisqve observationibus & inventis augetur Naturalis Historia.

§. VII.

IN Mineralogia latissimus offertur campus; vix enim ulla alia terræ regio tot species fossilem, lapidem & mineralum, tam ingentes metallicos tractus exhibere poterit. Profecto si recentiora consideraverimus tempora tot detectæ sunt divitarum subterranearum species, ut tale quid nec divinare potuerint, neque optare ausi fuerint patres nostri; adeo ut Mineralogiam excolendi, perqve mineralia ditecendi, Svecia proprius a natura constitutus esse videatur locus. Non loquor antiquissima eadem que ditissima ferri cupriqve metallis, qvorum quotannis taxatum patria reddit proventum, qvan-

quantum vix totus reliquus orbis. Nihilominus plurimæ adhuc numero vel inventæ at non effosse sunt, vel penitus latent, ut ferri & cupri, ita & argenti ac plumbi venæ. Arsenici impenia præsto est copia; auriferos montes inventit recentior industria. Zincum & calaminarem hodie copiose effodimus; Wismutum & cobaltum detectimus; neque Stanno & Antimonio, Zinnabari & Hydrargyro caremus. Magnetes & præstantissimos & maximos patria suppeditat; Magnesiam, Molybdenam, Albestum, Lapidescæduos etiam igni refractarios, Marmora, Gyplum, alabastrum; Jaspires, agathos, Carnelios, Chrystallos speciosissimas, hyacintos, granatos &c. Terram fullonum, bolum, argillam procellanam, agaricum mineralem, chrysocollam &c. Vitriola præstantissima, alumem, natron, nitrum, muriam, Salia nativa media &c. Sulphur, petroleum, bitumen, Gagaten, lithantracem forte quoque electrum monstrare potest Svecia. Memoranda quoque mihi est nova species, si non novum genus sulphuris, quod haud ita pridem in Fennia detectum est. Nec ulli aliæ regioni concretorum & petrefactorum

numero inferior est patria. Eo proinde sollicitus in hujus regni subjecta inquirere juvat, quo sors & fortuna illud injungere nobis videatur arctius. Præcipua quidem minerarum, terrarum, lapidum, ex quibus insigne quam maxime lucrum redundare in patriam posset, cura habenda est. Neque tanten negligendæ sunt illæ eorundem species, quarum vel aliquis in officiis & Oeconomia est usus, vel ex raritate commendatio, quibusve opinio subinde hominum ingens pretium imposuit. Observandas sunt etiam concreta & petrefacta, utpote quæ non solum admirandas naturæ virtes ponunt nobis ob oculos, verum & de diluvio universalis ac mutatione telluris testimonia præbent certissima. Omnes denique species, quæ ad regnum lapideum pertinent, non solleite tantum observandæ sunt, sed etiam in Musea una cum variationibus, si fieri poterit, insignioribus colligendæ atque adcuratissime non sensibus tantum, & instrumentis mechanicis, sed etiam Chemicis examinandæ. Immo notari meretur cuiusque tractus ordinaria petra terræque strata, quoad diversitatem aliasque circumstantias. Signa denique, quæ

qvæ mineralia aut metalla prodont, aqvæ mineralibus impregnata, & omnis tandem, qvæ utri futura judicaverimus, diligenter annotanda sunt. D: monibus atque iis, qvæ Theoriam teluris præcise spectant, in sequentibz agendum est.

§. VIII.

Quod attinet Botanicam id agendum erit, ut vegetabilium omnes species & genera, qvæ summus rerum Statutor in patria recondidit protrahantur in lucem, præterit illa, qvibus ad artes quasvis proficuas uumur, vel qvæ in Pharmacopoliis conservantur medicaminibusque salutaribus potandis inferviunt, qvæ que subinde uicerentur, ut loca in qvibus nasci solent accuratius annotentur. Quantum in patria quod regnum vegetabile præstatum sit, vel præstari poterit, omnium optime docent scripta Linnæana conf. superius laudata oratio p. 15. seq. Quod in patria plantas rariores, exoticas, officinales antea nobis ignotas, immo & nova plantarum genera ac species solus dexterit Princeps hic Botanicorum? qui etiam obseruationibus ibidem institutis, præcipuam debet scientiæ suæ Botanicæ partem. Cum autem lichenum, muscorum,

tungorumque, & magna in patria reperiatur copia, & illæ vegetabilium species minus reliquis sive descriptæ, non pœnitibit peregrinatorem in iis quoque operam collocare. Collectionem præterea omnium imprimis specierum in herbarium, ut dicitur, vivum commendamus, quo regnum vegetabile, quale in patria est, tanquam in compendio exhiberi queat. Neque confidatio variationum utilitate carebit. Et quandoquidem multæ herbæ, & arbores, quarum eximus in Medicina, artibus & œconomia est usus, non ubique proveniunt, ubi illis opus est; necesse quoque erit discere, quomodo maxima cum securitate & commodo transplantari queant; examinabitur ergo earundem locus natalis, clima, & omnis, ut ita loqui liceat, naturalis diæta; nihil enim ars proficiet, nisi naturam imitata fuerit. Ad culturam denique plantarum, quæ humana instituitur industria, in agris vide licet pratis, hortis &c. animus advertendus est; ubi plurima dicemus bona; sed & multos errores detegemus. Diligentissime autem inquirendum est in rationes & circumstantias sationum & plantationum bene aut fecus procedentium,

ut solida ponit possint illius, quæ his nititur, & economia ruralis fundamenta; de qua in sequentibus plura.

§ IX.

Zoologia, quæ perfectissima creatoris opera continet, minus adhuc exulta, magnam protectio accessionem patriæ per vestigatione accipere potest. Multa quidem numero animalia nobis deesse fatemur, qvibus aliae luxuriant regiones; antromorphis prorsus caremus, aliisque multis quadrupedibus, neque de reliquis animalium classibus aliter pronunciare iustineo; non enim omnis fert omnia tellus; Tamen nec quoad regnum animale reliquis regionibus facile palmam cedet patria. Etenim Rangiteri silvestres Lappones, alpicolas Sernentes aliosq; alunt; Phocarum Ostrobothnientes haud pauci, Alandenses & Farenenses capturam magno cum emolumento exercent. Lynces, Mustelas, gulones, martes, Lutras, Castores, volantes Iciuros, Cervos, damas, alces patria alit. Mures alpinos nostros reliquæ ignorant Europæ regiones. Avium feracissima est hæc tellus, quo scilicet turmatim convolant speciei propagationi operam daturæ. Flu-

rimas species alibi rarissimas recentet l. c. p. 17.
 Cel. Linnxus. Pilcium si non omnes quibus xxi.
 teri gaudent delicias, tamen & multas illis igno-
 ras, & frequentes alibi rarissimas præbent aquæ
 patriæ. Quis unquam credidisset vel Salmonum
 species, foret ut rödingar vulgo, in alpium la-
 cubus & rivis magna piscari copia, vel Cyprinum
 nobilem vulgo, karp lvtice, in parœcia Dal kar-
 liæ Gagnif c. p. Insectorum omnium feracissi-
 mam esse Sveciam diligentia Cel. Linnæi de-
 monstravit & Reamurii l. c. confirmavit assen-
 sus. Et quid mulus? adest enim Linnæi elen-
 chus animalium per Sveciam observatorum,
 quem mirantur exteris eundem tamen ulterio-
 ri indagatorum sollertia in ultum auctum iri non
 dubito. Quantum ad promotionem Emmeno-
 logiæ & ichthyologiæ contribuerint insecta & pi-
 sces Sveciæ, satis loqvuntur Linnæi & Arredi,
 querum stupendam diligentiam, acumen & sol-
 lertiam mirabitur posteritas. Pervestiganti pa-
 triam infinita circa animalia occurruunt observan-
 da. Cujuslibet animalis vivendi ratio, diæta,
 anatomia, membrorum conformatio, coitus,
 œconomia, & in quibusvis casibus sollertia, ho-
 fles

stis morbi &c. immensum observationum campum aperiunt. Anteqvam vero hæc ipsa novimus, rite eadem in usus nostros convertere nequimus. Hac enim methodo ea, qvæ ad equile, bovine, ovile &c. pertinent dicenda sunt. Qvis damna avertere poterit, qvæ ab insectis e. g. vegetabilibus & animalibus nobis utilissimis infestuntur, nisi eorundem catalopi modum docuerint. Cochenillæ quoque bombycis, apum, formicarum &c. exempli nos ad quærendam ab insectis utilitatem excitare deberent, quod facile esset domesticis observatis ulterius demonstrare. Ex Zoologica patriæ peragratione fundamenta quoque ad pescatoriam & venatoriam artem pertinentia hauriri possunt. Solæ Conchæ margaritiferæ multam adhuc poscent observatoris operam & industriam, anteqvam pesca rega earundem debito cum emolumento institui possit. Sed observandorum me hic prorsus obtruit multitudo; qvæ ad œconomiam pertinent ulterius in sequentibus endanda sunt.

SOLI DEO GLORIA.

